

fuit mihi tempus. Nollem etiam scribere de morbo non viso.

Etiam hoc anno prodeunt, ex seminibus antè hos annos missis, pulchræ et in horto novæ plantæ; sevimus semina, mixta in eâdem areâ.

Novum genus plantæ prodiit in horto, quod *Blitoides* dictum à Dom. Gmelin, lectum in Sibirîâ; flores masculi in....., constant calyce trifido, staminibus tribus; flores feminei in alis foliorum, constant calyce trifido, stylis duobus, semine uno. Habuimus aliquoties in horto Belvedere s. *Scopariam*, s. *Linariam Scopariam*, *Chenopodii* speciem; sed hoc anno non, cùm semina nunquàm maturerent. Quæsivi in istâ plantâ stamina perperam; cùm apud vos feliciùs crescat, quæso, examines optimis microscopiis nùm ne stamineos s. masculos flores reperias; puto quòd sit ejusdem generis. Vidi tantùm flores femineos in istâ plantâ. Quæso, ne hujus obliviscaris. *Axyris*: mihi hoc genus auditum.

Sida foliis palmatis, laciniis lanceolatò alternatis. *Hort. Cliff.* 546. Aliam simillimam, sed majorem accepi è Virginiâ, cui flores in eâdem plantâ masculi et feminei.

Inclusum heri, mitto *Muscum Norvegicum*, *umbraculo ruberrimo insignitum*. *Pet. mus.*, 70.; *Dill. muse.*, L. 83, fº 9. Primam plantam reperit Peti-